



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 99. Actum de Suecorum, Cæterorumque satisfactione.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67359)

## §. XCIX.

Sæc. XVII.  
A. C. 1646.*Actum de Suecorum, ceterorumque  
satisfactione.*

Postquam igitur Galli suis votis tam prompte ac ample satisfactum viderant, una ex parte Cæsareis spem fecerunt, quod suos fœderatos facili negotio ad moderatam transactionem inflexuri essent, ex altera vero parte declarabant, quod ex Parisiensis Senatus mandato cuncta Suecorum postulata promovere tenerentur, secus de omni pacis conficiendæ medio actum esset. Postulabant autem instigantibus Gallis Sueci, ut sibi ex solis Austriacæ Domus Provinciis satisfaceret, proin ipsis integra Pomerania, Vismaria, Bremensis, Caminensis, Halberstaden- sis, Verden- sis, Osnabrugensis, & Minden- sis Episcopatus cederentur, in Brandeburgicum vero Electorem Glogavia, Saganum, & Jägerndorffium, in Hassos denique Paderborna, & Fulda transferatur: Præterea promulgata universali amnestia, cuncta ad statum anni supra millesimum sexcentimum decimi octavi reponerentur, Palatinis Electo- ratus & possessiones pristinæ, necnon Wir- tenbergico, Durlacensi & Nassovio Ducibus sua redderentur; Augusta, Do-  
Z 3 nawer-



Sæc. XVII. nawertha, Egra, Bohemia & Austria  
A. C. 1646. Imperio, falvis cujuscunque privilegiis,  
 abductisque præfidiis restitueretur, &  
 captivi utrinque liberi dimitterentur.  
 Enormia hæc Suecorum postulata clam  
 fulciebant Galli, simul tamen Cæsareos  
 incitabant, ne tam amplam Suecis sa-  
 tisfactionem præstarent, sed etiam in-  
 terueniente Gallorum patrocínio re-  
 fringerent, & multo parcius transige-  
 rent: abunde etiam Suecis satisfactum  
 dicebant, si Cæsar eis Pomeraniam in-  
 feriolem, Bremensem & Verdensẽ  
 Episcopatum, salvo statu Ecclesiastico,  
 & portus Wismariensis dominium in-  
 ter ipsos & Megapolitanum Ducem par-  
 tiendum cederet: Quantumvis Cæsa-  
 rei sæpius astum experti, suauem hunc  
 Gallorum cantum sibi suspectum habe-  
 rent, nec etiam eos lateret, quod Sue-  
 ciæ Regina per Gabrielem Gardium  
 Parisiis Franciæ Regem, ut Cæsarem  
 armorum vi ad acceptandas pacis leges,  
 & firmandas Protestantium in Germa-  
 nia partes cogeret, sollicitasset, nihilo-  
 minus pacis desiderio impulsæ per Ve-  
 netum Oratorem mox dictos articulos  
 Suecis proposuere. Hi autem integram  
 Pomeraniam, & Wismariam cedi &  
 ambos Episcopatus in Sæculares con-  
 uerti, militibus Suecis stipendia solui,  
 & Religionis gravamina prius tolli po-  
 stulabant.



ftulabant. Reclamarunt vero Oratores <sup>Sæc. XVII.</sup>  
 Brandenburgici, additis etiam minis de- <sup>A.C. 1646.</sup>  
 clarantes, se nunquam passuros, ut  
 Pomerania tota Electori suo eriperetur,  
 proin se in compensationem damni Glo-  
 gaviæ, Saganum, Magdeburgensem,  
 Halberstadensem, Mindensem, Osnab-  
 ruganum, & Monasteriensem Episco-  
 patus petere. Demum circa hæc po-  
 stulata crebræ habebantur consultatio-  
 nes, decisione ad Suecorum Reginam,  
 & Electorem Brandenburgicum remissa:  
 Fabius vero Papæ Nuntius contra Epi-  
 scopatum cessionem, & Suevicæ ac  
 Hassiæ satisfactionis articulos, quan-  
 tum in Protestantium favorem cederent,  
 haud minus quinques, incassum licet,  
 reclamabat; cumque hisce tractatibus  
 postremam manum Osnabrugæ admo-  
 veri intelligeret, ne Catholicæ Reli-  
 gioni detrimentum accederet, Deputa-  
 tos eo ablegare decreverat: quoniam  
 vero nonnulli hac ratione pacis cursum  
 sisti timerent, duntaxat illis, quos Ve-  
 netus Orator eo destinaverat, negotium  
 dedit, ut suo nomine Religioni pro-  
 spicerent.

§. C.

*Gallo-Suecorum res in Imperio.*

Cum interea Galli Suecique incredi-  
 bili postulandi audacia Cæsareos <sup>Hist. du</sup>  
 Vicecomit. <sup>Mo-</sup>  
 de France.

Z 4